95

# Stanislaus Lubienski Baltazaro Brodowski

Quae superiori anno, Ostrogiae cum essem Dvae, de sacrorum in Zvihalensi et Tutensi et Turoviensi Capellis administratione demandaveram, ea in sequentem quoque annum rata habeo. Non dubito autem reverentiam vram, ita concessa a me facultate idque ei Curae esse, ne quid indecens aut minus divinis rebus dignum, ab iis, qui in praefatis Capellis sacra tradant, committatur. Suadebit autem illustrissimae principi, ut quod se facturam ostenderat, quam primum ecclesias illas dote competenti instructas legitimis Parochis Canonice institutis consignet. Commendo me amori et sacris reverentiae vrae orationibus

Dat die 3. 9bris 1628.